



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Quomodo sit gratia Dei causa atque origo omnis meritoriae operationis in
nobis 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

*Cur homo
vsque adeo
instabilis sit.*

rationalis anima, quoniam, in vniuersitate intellectualium substantiarum infima est: secundum naturam maxime instabilis est atq; volubilis, neq; in vno fixa manet, sed nisi custodiosissima absit custodia, vndique incessanter vagatur, nec æterno illi immensoque bono est intenta, quinimo difficulter ad ipsum erigitur, faciliter vero atque repente ab ipso recedens elabatur.

Quomodo gratia Dei sit causa, atque origo omnis meritoria operationis in nobis. Articulus. II.

Quemadmodum naturalium operationum principium natura: sic gratia diuina meritoriarum omnium actionum causa est. Et sicut vnumquodque eo naturalem suam operationem expeditius fortiusque exercet, quo fuerit in ipso propria sua natura vigorosior, atque viuacior: sic mens humana, quo in ea gratia Dei maior ac plenior fuerit, eo diuinis incessabilius intendere

dere valet, & quæ diuina sunt atque
 salubria, delectabilius & indefinētius
 implet. Dum vero in semetipsa, vel
 gloriari, aut confidere inchoat, protin-
 nus cadit. Denique gratia Dei gra-
 tis infunditur, infusa autem per sa-
 cras meditationes & operationes bo-
 nas conseruatur, nutritur, incalescit
 atque redundat. Si vero negligentes,
 segnesque fuerimus, mox vel minui-
 tur, aut penitus perit, quoniam mor-
 talis culpa eam extinguit, venialis au-
 tem debilitat. Ideoque qui puritati stu-
 det, & gratiam Dei in se cōseruari, au-
 geri que optat: summa eget custodia,
 ac solerti labore, quia qui gratiam
 Dei in se nō auget, necessario in bre-
 ui eam minuit. Propterea syncerè ac
 fructuosè conuersari desiderans, si
 non minimas culpas vitet, doleat, &
 emendet: earundemque insuper caus-
 sas ac occasiones abscindat, atque in
 vniuersis circumspectè, sollicitè ac
 timoratè se habeat, confestim are-
 scet: Et qui à spiritali feruore in-
 cepit, in carne (aut certe in ampliori
 pigrizia) consummabit. Quoniam *omnis pro-*
 itaque omnis noster profectus ex gra *fectus à Deo*
 tia Dei tāquam à fonte depēdet, inde *est gratia.*
sinenter

*Vnde gratia
 Dei vel mi-
 nuatur aut
 profus ex-
 tinguatur.*

*omnis pro-
 fectus à Deo
 est gratia.*